



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Dubium 4. Vtrùm dolor Christi tàm internus, quàm externus fuerit summus
ac omnium vitæ huius dolorum maximus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Dubium Quartum.

Virum dolor Christi, tam internus, quam externus, fuerit summus, ac omnium vita huius dolorum maximus.

Respondeo primò, fuisse summum respectu subiecti, q. 46. art. 6
 quod erat delicatissimæ, tenerimæ, ac summè sensitivæ
 complexionis: vnde, quamvis nonnulli Martyrum ma-
 iora subierint martyria & tormenta; nihilominus ma-
 iorem haud sentire dolorem & passionem. Quod ali-
 qui exponunt & declarant per hunc locum Scripturæ:
 Super lapidem vnum septem oculi. Christus enim pe-
 tra simul & oculi pupilla est: lapis, seu petra, ad sustinen-
 dum, pupilla oculi ad sentiendum.

Exob. in
 Evang. lib.
 5. Zach. 6. 3.

Respondeo secundò, dolorem Christi fuisse summum
 maximum omnium absolutè loquendo. Siquidem
 non eos duntaxat, quos referunt & depingunt Evange-
 lica, dolores perculit Christus D.N. sed & plures alios,
 & in numero, & in qualitate excedentes, & cuncti ma-
 nifestabuntur in extremo Iudicii die ad consolationem
 iustorum, impiorumque confusionem, veluti sentit S.
 Hieronymus, & reuelatum etiam fuit S. Franciscæ Ro- S. Hieron.
 manæ. Magnitudo dolorum Christi ex triplici capite In vita S.
 ostendi potest: primò, ex summa Dei ira in peccatum: Francif.
 & Iniquitatem omnium nostrum posuit super eum, nimi- Rom.
 rum, Christum. Secundò, ex potestate concessa Da- Isa. 53.
 moni (Hac est hora vestra & potestas tenebrarum) & non cū Luc. 22.
 limitatione, quem admodum data fuit Diabolo affligunt Job, 2
 ipsum Job (Anima illius serua) In Christum namq; data
 fuit sine valla limitatione, & vsq; ad mortem inclusuè. Ter-
 tiò, ex ardentissima, quam Christus habebat, voluntate
 patiedi: vnde passus fuit & cū omni voluntatis plenitudi-
 ne, & cum omni dolorum puritate, cunctam etiam à se
 remouendo consolationem. Quapropter Propheta
 Ilias summam Christi expositionem ignominiam, sum-
 mamque dolorem, duos ei attribuit titulos, appellando Isa. 53.
 virum nouissimum virorum, & virum dolorum: quod vt
 colligitur ex aliis lectionibus & expositionibus SS. Pa-
 trum

q. 49. a. 6.
ad 3.
Suarez.
disp. 36.
sect. 2.


trum) idem est, ac si diceret, abiectissimum & excubi-
tissimum omnium hominum totius Mundi. Verum
ex dictis aliud consurgit dubium: an dolor Christi fue-
rit etiam maior illo, quem anima sepe ratæ patiuntur
Inferno, aut in Purgatorio? Respondeo cum S. Thoma
negatiuè, nam sicut Gloria Sanctorum omnia bona
vitæ excedit bona; ita dolor animarum sepe ratarum
cunctos præsentis vitæ superat dolores. Ratio huius est,
quia est dolor superioris ordinis: qui pro generatur ex pa-
na damni, scilicet ex gloria amissa aut dilata.

Dubium Quintum.

*Verum dolor Christi extiterit quoque in superio-
riori parte Animæ.*

Aug. de
Trinit. lib.
12 & 14.
Vasq. 3. p.
disp. 73. c. 4.

Respondeo affirmatiuè; sanctissima etenim Christi
Anima dolebat de peccato, pro ut est offensa Dei: & do-
lebat de morte suâ, non tantum, ut est contraria proprie-
naturæ; verum etiam, quia ita volebat Deus, ut dole-
ret, talemque caperet dolorem in satisfactionem pro
peccatis nostris: ergo Christi dolor fuit etiam in parte
aut portione superiori: nam, secundum D. Augusti-
nam, tunc anima dicitur operari secundum partem
superiorem, quando mouetur ab obiecto formali &
motiuo supernaturali, tametsi obiectum materiale sit
naturale. Si quisquam timet mortem, quia deest
deletere bona, aut timet Deum, quia eum Deus
stigmat in hac vita: operatur secundum partem inferio-
rem; at si timet mortem aut Deum propter moti-
uum supernaturale, operatur secundum
partem superio-
rem.



Dubi.